

IOANNES ZISCA BOHEMORVM DVX.



**I**oannes Zisca ex nobili Trosnouiorū apud Bo-  
 hemos familia oriundus, insigni corporis & ani-  
 mi fortitudine præditus fuit. Hic aliquoties sub Si-  
 gismundo Cæsare militans ordines duxit, atq; in re  
 militari eximius extitit. Cum autem postea Iohan-  
 nis Hufsij doctrinam comprobasset, atq; illo Con-  
 stantiæ exusto, exercitus contra Hufsitas duceren-  
 tur, ipse à Boemis belli dux electus fuit. Is itaq; offi-  
 cium oblatum suscepit, & singulari prudētia & de-  
 xteritate peregit. Multoties enim Sigismūdi regis  
 & principum uicinorum ingentes exercitus uicit,  
 ac in fugam conuertit. Vnde in eam existimationē  
 nominis peruenit, ut hostes uel ad mentionem no-

minis eius trepidarēt & fugerent.